GREGORIUS MAGNUS
Zwettl, um 1200 Seite 61r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31655
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



in culpa. illic mors eius uiuat in pena. Di
cat ergo. Luet que fecit omnia nec tamen
consumetur. quia cruciatur et non extin
guitur. moritur et uiuit. deficit et sub
sistit. finitur semper et sine fine est. Hec solo
auditu ualde sunt terribilia. quanto ma
gis passione. Sed quia multitudo iniqui
tatis eius exigit ut carere suppliciis nun
quam possit. apte subiungit. Iuxta mul
titudinem ad inuentionum suarum. sic
sustinebit. Quia enim multa inuenit
ad culpam. nouis inuentionibus crucia
tur in pena. Nam quod hic suspicari non
potuit. hoc illic ultioni traditus sen
tit. Sicut enim exercitati in bonis operibus
electi. nonnunquam plus student age
re quam eis dignatus est dominus iubere. carnis
enim uirginitas non iussa est sed tantummodo
laudata. nam si illa iuberetur nimirum
coniugium iam culpa crederetur. et ta
men multi in uirtute uirginitatis pol
lent. ut uidelicet plus impendant ob
sequio quam acceperunt precepto. sic ple
rumque peruersi quique in prauis actionibus
exercent. ut plus inueniant in peruersa
actione quod faciant quam ex usu reproborum in
iquitatis exempla accipere potuerunt.
Unde et amplioris retributionis tormen
to feriuntur. quia et ipsi ex semetipsis am
plius actiones prauas de quibus feriri
debeant inuenerunt. Bene autem dicitur.
iuxta multitudinem ad inuentionum
suarum. sic sustinebit. Non enim inue
niret iniquitatem nouam nisi exquireret.

et non exquireret. nisi ex studio perpetrare festi
naret. Pensatur ergo in tormento eius nimie
tas male actionis. et dolorem recipit dig
ne retributionis. Et quamuis dampnatorum
omnium sit dolor infinitus. grauiora tamen
tormenta recipiunt qui multa in iniquitatibus
ex suis quoque desideriis inuenerunt. Sed quia
sophar huius hypochrite intulit penam.
protinus adiungit culpam. Nec unam quamli
bet narrat. sed eam de qua omnes oriuntur.
Scriptum quippe est. Radix omnium malorum
est cupiditas. Cui ergo cupiditas dominari dicitur.
subiectus procul dubio malis omnibus de
monstratur. Nam subiungit. Quomodo confrin
gens nudauit pauperis domum. rapuit
et non edificauit eam. nec est saciatus
uenter eius. Domum pauperis confringit et
nudat. quia eum quem per potentiam
conterit. exspoliare quoque per auariciam non
erubescit. Rapit eam. sed non edificat. ac
si aperte diceretur. Qui hanc edificare
debuit. insuper rapit. Uenturus namque
in iudicio dominus. dicturus est reprobis. Cursuri
ui et non dedistis mihi manducare. siti
ui et non dedistis mihi bibere. hospes eram
et non collegistis me. nudus et non operuistis
me. et cetera. Ex qua culpa subiungitur.
Discedite a me maledicti in ignem eter
num. qui preparatus est diabolo et angelis
eius. Si ergo tanta pena multatur qui non
dedisse conuincitur. quam pena feriendus est
qui redarguitur abstulisse. Rapuit
ergo et non edificauit eam. quia non solum
de suo nil tribuit. sed etiam quod erat alienum